



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 5. Prodigiosus fructus, in labore C. Furij Creßini ostensus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

**Idem c.6.** de illa reliqua oracula: Nequam agricolam-  
se, quisquis emeret, quod præstare ei fundus pos-  
set: Malum patrem familias. quisquis interdiu  
faceret quod noctu posset, nisi in tempestate ca-  
li. Peiorem, qui, profestis diebus, ageret, quod  
feriatis deberet (Nimis hoc Ethnicum præ-  
ceptum seruant, quidam Christiani rustici,  
sacrum omne lucro postponentes) Pessi-  
mum qui sereno die, sub tecto potius opera-  
retur, quam in agro.

## S. V.

Prodigiosus fructus, in labore C. Furii Cres-  
ini ostensus.

Plin. loc.  
cit.

Nequeo mihi temperare, quo minus unum  
exemplum antiquitatis afferam ex quo intel-  
ligi pos sit, apud populum etiam de culturis a-  
gendi morem fuisse, qualiter defendi soliti sunt  
illi virt. C. Furius Cresinus è seruitute libera-  
tus, cum in parvo admodum agello largio-  
res multè fructus perciperet, quam ex amplif-  
simis vicinitas, in inuidia magna erat, cu  
fruges alienas pelliceret beneficijs. Quamobrem  
à Sp. Albino curuli, die dicta, metuens damna-  
tionem, cum in suffragium tribus oportere-  
re, instrumentum rusticum omne in forum  
attulit, & adduxit filiam validam, atque (ut  
ait Piso) bene curatam ac vestitam, ferramen-

ta egregie facta, graues ligones, vomeres ponderosos, boues saturos. Postea dixit: *Veneficia mea, Quirites, hæc sunt, nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere, lucubrations meas, vigiliaq; & sudores. Omnia sententias absolutus itaq; est. Profecto, operâ, non impensâ, cultura constat. Et ideo maiores fertilissimum, in agro, oculum Domini dixerunt.*

## §. VI.

*Fœcunditas terra, laboribus pronocanda.*  
 Quæ quia ita sunt, se ipsum de pigritia accusat, qui quis accusat terræ sterilitatem.  
 Non Creantis, sed villicantis culpa est, si ager nihil parit. Non est dignus metere, qui quis non dignatur seminare. Quid Paradisum exigis, homo, vnde exulas? quid terram, clamas, esse maledictam, qui benedictionem ipse repudias? qui ipse, si vis laborare, potes fœcundam facere? Nonne vides segetem? non intelligis abiecti in arua seminis vberem usuram? Seritur solummodo granum, sine folliculi veste, ait Tertullianus, sine fundamento spica, sine munimento aristæ, sine superbia culmi; exurgit autem copia feneratum, compagine adificatum, ordine structum, cultu minutum, & usquequag; vestitum. Neque hæc experientia est

hodier-

Tertullianus,  
lib.  
de resurr.  
carnis.  
c. 12.